

# PROPRIO DE LA MISA

## SAN ANTONIO MARÍA ZACARÍA

### Confesor

5 de Julio - Fiesta clase 3.<sup>a</sup> - Blanco

1 Corintios 2.4; Salmo 110.1

SERMO meus, et prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, et virtutis. Ps. Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo, in consilio justorum et congregazione. V̄. Gloria Patri.

FAC nos, Domine Deus, supereminentem Jesu Christi scientiam, spiritu Pauli Apostoli ediscere: qua beatus Antonius Maria mirabiliter eruditus, novas in Ecclesia tua clericorum et virginum familias congregavit. Per Dominum.

1 Timoteo 4.8-16

PIETAS ad omnia utilis est: promissionem habens vite, quæ nunc est, et futuræ. Fidelis sermo, et omni acceptione dignus. In hoc enim laboramus, et maledicimur, quia speramus in Deum vivum, qui est Salvator omnium hominum, maxime fidelium. Præcipe hæc, et doce. Nemo adolescentiam tuam contemnat: sed exemplum esto fidelium in verbo, in conversatione, in caritate, in fide, in castitate. Dum venio, attende lectioni, exhortationi, et doctrinæ. Noli negligere gratiam, qui in te est, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterii. Hæc meditare, in his esto: ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi, et doc-

INTROITO

Mi palabra y mi mensaje no fueron con discursos persuasivos de la ciencia, sino con demostración de espíritu y de fortaleza. Salmo. Alabaré al Señor de todo mi corazón en la reunión y asamblea de los justos. V̄. Gloria al Padre.

COLECTA

Haz, Señor y Dios nuestro, que aprendamos la altísima ciencia, que es et conocimiento de Jesucristo, según el espíritu del apóstol san Pablo, con la cual san Antonio Maria, enseñado maravillosamente, reunió en tu Iglesia nuevas familias de clérigos y de vírgenes. Por el mismo Señor nuestro.

EPÍSTOLA

Carísimo: La piedad para todo es útil, porque tien promenas para la vida presente y futura. Es palabra segura y digna de todo crédito, porque si nos fatigamos y luchamos, es porque esperamos en el Dios vivo, que es el Salvador de todos y sobre todo de los creyentes. Esto has de mandar y enseñar. Nadie menosprecie tu juventud: sé más bien modelo para los creyentes por la palabra, el trato, la caridad, la fe, la castidad. Aplícate en tanto que llego, a la lectura, a la exhortación, a la enseñanza. No malogres la gracia que hay en ti y que se te ha conferido de modo profético por la imposición de las manos del colegio presbiterial. Medita estas cosas, date a ellas para que todos vean tus progresos. Vela

trína, insta in illis. Hoc enim fáciens. Et tépsum salvum fácies, et eos qui te áudiunt.

*Filipenses 1.8-10*

TESTIS mihi est Deus, quo modo cúpiam omnes vos in viscéribus Jesu Christi. Et hoc oro, ut caritas vestra magis ac magis abúndet in sciéntia, et in omni sensu. *V.* Ut probétis potióra, ut sitis sincéri, et sine offénsa in diem Christi.

ALLELÚIA, allelúia. *V.* Repléti fructu justítiae per Jesum Christum, in glóriam et laudem Dei. Allelúia.

*Marcos 10.15-21*

IN illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis: Quisquis non recéperit regnum Dei velut párvulus, non intrábit in illud. Et compléxans párvulos, et impónens manus super illos, benedicébat eos. Et cum egréssus esset in viam, procúrrens quidam, genu flexo ante eum, rogábat eum: Magíster bone, quid fáciam ut vitam atérnam percípiam? Jesus autem dixit ei: Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi unus Deus. Præcépta nosti: Ne adúlteres, ne occidas, ne furéris, ne falsum testimónium dixeris, ne fraudem féceris, honóra patrem tuum et matrem. At ille respóndens, ait illi: Magíster, hæc ómnia observávi a juventúte mea. Jesus autem intúitus eum, diléxit eum, et dixit ei: Unum tibi deest: vade, quæcúmque habes vende, et da paupéribus, et habébis thesáurum in coelo: et veni, séquere Me.

*Salmo 137.1-3*

IN conspéctu Angelórum psallam tibi: adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

sobre ti mismo y sobre tu enseñanza, sé constante en ello. Haciéndolo así, te salvarás a ti mismo y a los que te escuchan.

GRADUAL

Dios me es testigo de cómo os amo a todos en las entrañas de Jesucristo. Y lo que pido es que vuestra caridad crezca más y más en penetración y clarividencia. *V.* Para que sepáis distinguir cual es lo mejor, y seáis puros y sin pecado hasta el día de Cristo.

ALELUYA

Aleluya, aleluya. *V.* Colmados de frutos de justicia por Jesucristo, para gloria y loor de Dios. Aleluya.

EVANGELIO

En aquel tiempo, dijo Jesús a sus discípulos: Quien no recibe el reino de Dios con la sencillez de un niño no entrará en él. Y tomando en sus brazos a los niños, les imponía las manos y los bendecía. Y cuando salía para proseguir su camino, vivo uno corriendo y arrodillándose a sus pies, le preguntó: Maestro bueno, ¿qué debo haver para conseguir la herencia de la vida eterna? Respondióle Jesús: ¿Por que me llamas bueno? Nadie es bueno sino sólo Dios. Ya sabes los mandamientos : No cometas adulterio, no mates, no hurtes, no digas falso testimonio, no hagas mal a nadie, honra a tu padre y a tu madre. Replicó él : Maestro, todo esto lo he observado desde mi juventud. Entonces, Jesús, mirándole fijamente, le amó, y le dijo: Una cosa te falta aún : anda, vende cuanto tienes y dalo a los pobres y tendrás un tesoro en el cielo ; ven luego y sígueme.

OFERTORIO

En presencia de los ángeles te cantaré; me prosternaré, Señor, cara a tu santo templo, y tributaré alabanzas a tu nombre.

SECRETA

AD mensam coeléstis convívii fac nos, Dómine, eam mentis et córporis puritátem afférre qua beátus Antónius María, hanc sacratíssimam hóstiam ófferens, mirífice ornátus eníuit. Per Dominum.

Haz, Señor, que traigamos a la mena del celestial convite aquella pureza de alma y de cuerpo con que san Antonio María resplandecía maravillosamente adornado al ofrecer esta hostia sacratísima. Por nuestro Señor.

PREFÁCIO COMÚN

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli, cælorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, que en todo tiempo y lugar, te demos gracias, Señor, santo, Padre, omnipotente y eterno Dios, por Cristo nuestro Señor. Por quien los Ángeles alaban a tu majestad, las Dominaciones la adoran, tiemblan las Potestades, los Cielos y las Virtudes de los cielos, y los bienaventurados serafines la celebran con igual júbilo. Te rogamos que con sus alabanzas recibas también las nuestras cuando te decimos con humilde confesión:

*Filipenses 3.17*

IMITATÓRES mei estóte, fratres, et observáte eos, qui ita ámbulant, sicut habétis formam nostram.

COMUNIÓN

Sed imitadores míos, hermanos, y poned los ojos en los que viven conforme al dechado que os ofrecemos.

POSCOMUNIÓN

COELÉSTI dape qua pasti sumus, Dómine Jesu Christe, eo corda nostra caritátis igne flamméscant: quo beátus Antónius María salutáris hóstiae vexillum, contra Ecclésiæ tuæ hostes, éxtulit ad victóriam: Qui vivis et regnas.

Haz, Señor Jesus, que el celestial manjar con que nos has alimentado, inflame nuestros corazones con aquel fuego de caridad con el cual levantó victoriosamente san Antonio Maria el estandarte de la eucaristía contra los enemigos de tu Iglesia. Tú que vives.